

rito etiam in hoc casu posse allegari regula, dolo facis petere quod restiturus es. Et haec pro nunc sufficient quo ad civitates Mutinae et Regii ac Rubierae.

Quoad pertinentia vero ad civitatem Ferrariae negamus ipsius utile dominium ad sedem apostolicae esse devolutum, et si aliqua asserta privatio adducetur propter ea quod demonstrabitur ipsam esse factam parte inauillata et duce predicto citato 323* ad locum non tatum et fulminanter iuris ordine non servato, ex quibus dictae privationis nullitas manifeste apparebit et nulliter facta ac absque nulla legitima causa merito dici poterit, demonstrabitur etiam eius absolutio et redintegratio. Quantum autem ad obiectionem factam contra praefatum ducent circa capitula Adriani, negamus ipsum ducem dictis capitulis contravenisse, imo dicimus ea ad unguem observasse dum itidem sibi servata fuerint ut plenius ex conscripto demonstrabitur.

Postremo dicimus quod praefatus dux noster, qui in merito ac iniuste supradictis terris spoliatus fuit, et per earum occupationem non solum obfractus amissos sed etiam ob multas impeusas quas dictae occupationis causa fecit ingens ac fere inextimabile damnum passus est, potuisset ac poterat fructuum ipsorum restitutionem et damnorum emendationem merito petere, et tamen id facere omissit ac ommittitbat ob reverentiam quam Summos Pontifices et Sedem Apostolicam prosecutus est et prosequitur. Sed cum videat tam dure tam inumaniter alque impie, (quod tamen citra Sanetitatis Domini nostri iniuriam et offensionem sit dictum) ab agentibus Beatitudinis Suae contra se agi ac tot et tanta peti, quod si concederetur inops ac fere nudus remaneret et frustra ei locus intrandi in pacem et confederationem Bononiae percussam reservatus fuisse, cogitur et ipse petere et supplex per Jesu Christi viscera petit ut Caesarea Maiestas lex viva in terris circa narrata damna sibi illata aliquam compositionem facere curet, cum presertim vassallus sua imperialis coronae, in bonis ab ea recognitis damnificatus fuerit, pro qua compositione facienda si Sanctitas Domini Nostri rem totam arbitrio Caesaris committendam non censuerit, erit etiam paratus ipse Dux noster alios ad id arbitros seu arbitratores sui parte eligere si Sua Sanctitas itidem pro eius parte facere dignabitur, ita ut iis discordantibus adhibeatur mediator neutri partium suspectus, cuius auctoritate cum dictis arbitris omnes controversiae sedari queant, et ad amicabilem compositionem reduci, et qui arbitri rem sumarie, modo constat, modo agatur, decidere et terminare

debeant ut inde ipse dux noster publica Italiae quiete cum coeteris fruatur, et in foedere percesso, loco quam sibi reservato comprehensus, merito censatur. Et si praefatus S. Dominus Noster aequam et honestam compositionem per Maiestatem Caesaream concludi, vel si justitiam, ut prefertur, fieri re- 324 cusaverit, quod in vicario Christi ita credendum non est ut foret absurdum, suppliciter petimus ab ipsa Maiestate Caesarea ut vassallum suum ac devotissimum servitorem injuste opprimi non patiatur, nec idem dux noster iusto de loco coactus ad ea cogitanda ac tentanda compelatur. Quae, fractis patientiae retinaculis, rabies plerumque desperatos ac furentes tentare cogit. Non enim tam vili tamque pusillo animo est ipse dux noster, ut si neque honestis conditionibus compositionem neque manifestis rationibus iustitiam assequi potuerit, non mallit (in Deo sperans) omne periculum per vim poenitendi perpeti ac subire, quam sponte cedens honorem ac statum simul admittere et quamvis contra pontificias ac caesareas vires nequiret se perpetuo tueri ac defendere, sed eis tandem necesse esset victum sucumbere; hoc tamen in calamitate sua solamen haberet, quod non sequetur per ignaviam periisse, sed armis duorum principum supremorum dominorum suorum inclementer et immerto perditus fuisse diceretur. Quae ab eodem duce nostro nobis scripta fuisse testamur. Coeterumque ad ea quae in dicta interpellatione ad Caesaream Maiestatem pertinent respondemus, ducent nostrum, ut obsequentissimum dictae Caesareae Maiestatis vassallum et servitorem ab eius voluntate non discessurum cum confidat quod ipsa Maiestas Caesarea pro magnanimitate sua nihil ab eo sit petitura, quod a iustitia et ab imperiali benignitate atque clementia sit alienum, neque sit ipsi humillimo servitori suo quod eidem debet negatura.

*Da Bologna, di 5 zener 1529, al signor 325¹⁾
marchese di Mantoa.*

Già 3 zorni fo data a li oratori de lo illustrissimo signor duca di Ferrara una intimation del papa et imperator da mandar a sua excellentia, et se ne aspetta risposta. Il papa gli à dimandà Modena, Rezo et Rubiera con li casteli et iurisdictione sua et li frutti che 'l ne ha havuto, et che 'l produchi le ragion che lui pretende haver in Ferrara. L' imperatore gli adimanda Carpi con tutto el contado et li frutti

(1) La carta 324* è bianca.